



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Agenda Ecclesiae Paderbornensis

Dietrich <Paderborn, Bischof>

Paderbornae, 1602

Qui excipiantur à casibus reseruatis papae.

urn:nbn:de:gbv:23-drucke/s-483a-2f-helmst3

tis absoluere, imposita pœnitentia saluari. Item & in hæ-
resis crimine in eodem foro conscientie existant, non eo-
rum Vicarij sit permiffum.

QUI EXCIPIANTVR A CASIBVS RESER-
VATIE PAPAE.

Infuper hoc quoque notandum est S. Pontifici refer-
uatis excipi impuberes, videlicet masculos ante decimum
quartum annum, quoniam in iis minus viget ratio: mona-
chos ac Regulares, quia non sunt sui iuris: fœminas, partim
ob sexus infirmitatem, partim quia sunt sub virorum po-
testate: iuniores autem viduas ac puellas, propter pericu-
lum incontinentiæ: senes & valetudinarios, quia laborem
itineris ferre non possent: pauperes, maximè coniugati, ne
diurna eorum absentia vxorem & liberos objiciant mendi-
citati & flagitio:

Deniq; omnes, quibus salua vita, libertate, & rebus suis
Romam adire non licet (saltem quamdiu durat tale impe-
dimentum) non sunt ad Papam, sed ad Episcopum vel ip-
sius vicarium aut pœnitentiarium mittendi, à quo pœniten-
tes absolui possunt & debent. Sed & omnibus in vniuersum,
qui in Papales casus incidunt, succurri potest per indulgen-
tias plenarias, quæ frequenter à Pontifice conceduntur.
Expedi autem hanc potestatem & tam necessarium salu-
tis remedium omnibus, maximè curatis & pastoribus no-
tam esse, vt sciant ad quos suas oues in tali necessitate remit-
tere debeant.

DE VOTORVM COMMVTATIONE.

Porro, quia etiam aliquando accidit, vt votorum com-
mutatio in confessione fieri debeat, primo notandum ve-
nit, quod etsi quilibet sacerdos (vti dictum est) possit quem-
libet à quocunq; peccato, quacunq; excommunicatione &
fractione voti in articulo mortis absoluere, non tamen po-
test in votis dispensare aut illa commutare, etenim tunc
illi illa peccatum absolutio, non autem votorum con-
ceditur iuxta communem Doctorum sententiam.

dispensatio
aut commuta-
tio.